

## Nobilissime Domine,

**Q**uem plurimis hactenus,  
 nec semel, beneficiis, nunc  
 & docendo obstrinxisti  
 tibi. Pro quo coram gratias e-  
 gissem, nisi obstitisset languor.  
 quæ & sola causa, cur nunc se-  
 riùs respondeam. Cui ut ignoscas  
 rogo. semper enim bene de se  
 sperant, & plerumque sic decipiun-  
 tur, qui paulatim convalescunt.  
 Περὶ τῆς παρθείης ἀποφίας, ejusque usu  
 ac abusu, tecum sentio, nec semel  
 mecum ipse egi. quemadmodum  
 non pauca alia notavi, quæ jam  
 emendata malim. Suadeo inte-  
 rim, ut si qui hic dissentiant, ma-  
 gno animo hoc feras. id est, il-  
 lo, quo invicti Principis negotia  
 hactenus feliciter tractasti. Ego  
 nun-

nunquam dubitavi, quin & rectè fecerit, neque quicquam se indignum Regius commiserit Propheta, qui in cithara non semel, ut illius verbis vtar, *confitetur Domino:* vt nec illi quos ad templi ministerium delegit: qui *in citharis, psalteriis accybalis,* prophetasse dicuntur. & tamen quid sit *ισδαιζην*, optime intelligo. De quibus, ut & aliis non nullis, coram aliquando, ut spero, qui immensas occupationes tuas non ignoro. Quarum ut & nunc rationem habuisse videar, hic desino.

*Nobiliss. Amplitud. Tuæ  
devotiss.*

*Lugd. Bat. Febr. 22.*

*A° clc Ic cxli.*

DANIEL HEINSIVS.

CA-